



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. IV. Intra quod tempus præsentatio fieri debeat à Patrono, sive laico, sive  
Ecclesiastico?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

dam admittitur, non autem Patronus Ecclesiasticus, qui si scienter indignum præsentavit, privatur ea vice præsentandi facultate.

## §. IV.

*Intra quod tempus præsentatio fieri debeat à Patrono, sive laico, sive Ecclesiastico?*

**S**I Patronus sit laicus, sive si jus patronatus laicale sit, intra 4. menses præsentari debet, si verò sit Ecclesiasticus Patronus, sive jus Patronatus Ecclesiasticum, intra 6. menses à die cognitæ vacationis. *c. eam te 22. c. cum propter 27. h. t. c. uni. 6. eod. §. verum ita tan. 5. ut currat quidem hoc tempus etiam diebus feriatis, quibus præsentatio fieri potest, non tamen currat Patrono ignorant, vel legitime impedito argu. c. quia diversitate 5. de concess. præben. quare autem plus temporis ad præsentandum Ecclesiastico concedatur, quam laico, ratio est, quòd, cum Ecclesiasticus Patronus in hoc gravetur, ut variare non possit, plus temporis videatur ad præsentandum illi concedi debere, quam laico Patrono, qui variare potest, ut ait *Glossa in eis. c. uni. h. t. in 6.* quòd si tamen ejusdem Ecclesiæ duo v. g. Patroni sint, unus Ecclesiasticus, sive jure Ecclesiæ, alter laicus, sive jure laicali, tum laicus, quamvis variare possit, 6. menses tamen habet ad præsentandum propter communionem cum Patrono Ecclesiastico, tum quòd dignius ad se trahat minus dignum, tum quia universim socius per se non privilegiatus, commodum socij*

privilegiati, in re communi, & in re sua sentit, ne ex socio privilegiatum suum patiatur.

## §. V.

*An post tempus ad præsentandum jure definitum, elapsum, liceat auctoritate Episcopus liberè institueret, sit sine præsentatione Patroni?*

**R**ESP. si inter Patronos lis, sive controversia orta sit de jure præsentandi, debet Episcopus differre institutionem rectoris in Ecclesia tali, usque dum certum sit tempus ad præsentandum præfixum (quod in isto casu à tempore vacationis curtere, etiam impedit, accipit) si tamen constet Ecclesiam Patronatam esse: quòd si verò de hoc non constet, potest statim Episcopus, licet ordinarius, ad quem jus instituentis pertinet, liberam institutionem rectoris facere, vel si constet quidem Ecclesiam Patronatam esse, prius autem tempore præsentatione præfixum expirasset, quam lis finita sit, ne ex duram vacatione patiatur Ecclesiæ potestatem instituentis, ad quem jus instituentis, in tali Ecclesia spectat, liberè conferre Ecclesiam talem, in vitis etiam illis, qui de jure præsentandi contendunt, ita tamen ut Clericus taliter institutus, postea à Patrono, qui jus patronatus in judicio obtinuit, præsentari debeat Episcopo, ut præsentatus talem judicialiter patronatus declaratum agnoscat, & licet in patronatus sui quasi possessione confirmatus prout notat *Gloss. fin. in c. si verò 1. de aliquo*